



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 104 [i.e. 114]. Actio inter duos exemptos, an proponenda sit coram conservatore actoris vel rei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

<sup>6</sup> autem dispositio per quam jus parti quicunque tollitur, censeri debet esse juris offici.  
Farinac. cent. 7. dec. 11. fol. 8. col. 4. Curtius cap. cum accessissent charta 10. de confia-  
fi. Ideoque Pontificem in dubio ejusmodi privilegii praेजudicare velle praeclaram non  
debet. Poregr. decis. 119. libr. 1. Imo ne quidem, ut est opinio aliorum, hujus & alter-  
ius speciei privilegii derogasse in dubio censendus est. Farin. d. dec. 11. Neque obstat  
quod nonnulli existimant per editionem ad jus commune modicum praे�judicium  
generari, ex ejusmodique reditione jus quicunque tolli non censere. Sarnensis ad  
Reg. cancellariae non tollendo jus quicunque tolli non censere. Tum quia regula de non tol-  
<sup>7</sup> lendo iure quicunque locum etiam habet, cum non tollitur jus quicunque ex jure spe-  
ciali & privilegio. Cesar à Graffis dec. 193. alias 1. de verb. fig. Tum quia aliud est  
derogare privilegio pro una vice tantum, aliud in universum tollere privilegia, Ca-  
pua q. dec. 42. lib. 1. & dec. 31. part. 3. Moshed. dec. 82. Sarnensis ad Reg. de non tolendo  
<sup>8</sup> jure quicunque que. 15. insine. Tum denique quod Pontifex in dubio jus quicunque  
eritiam ex privilegio tollere velle non censetur. Ioannes à Chockier Frater meus ad  
Reg. cancellariae d. Reg. 17. de non tollendo iure quicunque num. 29. Moshed. Cesar à Graffis  
jam landatis. Wameſ. conf. 15. num. 2. de consuet. Seraphinus dec. 1082. late Gabrielis.  
concl. lib. 3. concl. 6. per tot. & ideo Pontifex censeri non solet in dubio ea privilegia  
<sup>9</sup> vocasse quae etiam ex mera liberalitate processerunt, & à Pontificali voluntate de-  
pendent, quia ut dixi, principes aut Pontifex jus aliqui ex privilegio quicunque tollere  
non censetur, acideō odiosa inquit Dominus Wameſ. censeri debet privilegiorum  
<sup>10</sup> revocatio, & consequenter quamdiu de Pontificis voluntate non liquet re-  
stringenda.

## QUÆSTIO C XII.

Recurrens ad Conservatorem pendente appellatione interposita à sententia  
ordinarii, an dicatur attentare.

**Q**UÆSTIONEM hanc proposui in tractatu de Jurisdiction. Ord. in Exempt.  
lib. 4. quest. 91. respondique multis rationibus id licere,

## QUÆSTIO C IV.

Actio inter duos exemplos, an proponenda sit coram conserva-  
tore actionis vel rei.

SUM-

## S U M M A R I U M .

1. Privilegiatus an contra privilegium utatur privilegio.
2. Tenor conservatoria cleri primarii Ecclesie Leodiensis.
3. Quid si quæsto sit de injuria ab uno alteri allata.

Contigit Cuidam exemplo primarii Cleri Dicccis eoque nomine h. benit pro conservatore Abbatem S. Jacobi negotio esse cum alio secundarii cleri ejusdem dicccis etiam exemplo & habente pro conservatore Abbatem S. Laurentii. Quæsumus fuit, utrum actor ille qui exemptione cleri primarii gaudet & pro conservatore habet Abbatem S. Jacobi experiri possit coram Abbate illo S. Jacobi, an vero coram Abbatore S. Laurentii qui judex est & conservator Re. Quæsumus hujus decisio ab ea penderet, Num privilegiatus contra privilegium privilegio suo ut possit, de qua nonnulla quædam sed remissive diximus alio in loco lib. 1. quæst. 44. de Juris & Ord. in Exempto. Mihi hoc in casu paucis distinguendum ita videtur. Aut privilegium cleri primarii est potentius privilegio cleri secundarii, & tunc exemptione gaudens cleri primarii, uti poterit suo privilegio & debitorem suum exemptione cleri secundarii gaudentem trahere coram Abbatore S. Jacobi conservatore privilegiorum cleri primarii. In mixtura enim jurisdictionis temper est consideranda qualitas potentior, arg. l. cum queritur ubi DD. ff. de statu hom. Cratula Rubr. deleg. 1. num. 152. fufi. Rom. l. s. stipulationum ff. de verb. obligacionibus & causa magis privilegiata sole minus privilegiata derogare, l. i. C. de privilegiis, Stephan. &c. Fedoritas de interpræta. suis part. 2. num. 100. l. verum ff. de minorib. Aut vero non est potentius, sed æquale, & tunc utinam poterit, sed sequi debet forum rei Barth. auth. quas actiones num. 3. ver. potentius autem potest esse, hinc censem sumendam conjecturam, an unus de damno vitando certet, alter vero de lucro vel ex causa concessionis privilegii, si nec nefavorabilis vel odiosa. l. verum s. fin. cum l. s. gg. ff. de minorib. aut num alter habeat privilegium generale, alter vero speciale, l. fin. ff. ex quibus causis maiores. Proinde utriusque privilegium & conservato- ria ad statuam juris revocanda, atque ex illorum visione & pondere censura fa- cienda

cienda erit, quare cum alio in loco conservatotiam cleri secundari exemplaverit  
lib. i. de jurisdict. ord. in exempt. que f. 39. num. 20. hic viatum fuit cleri primarii con-  
servatotiam attexere qua talis est.

**S**IXTUS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati monasterii S. Iacobi Leodien. ac Decano Ecclesiæ Coloniensis ac officiali Traiectensis salutem & Apostolicam benedictionem. In sacra sede Petri divina dispositione locati, ad eali. benter intendimus ut tenemur, per quæ Ecclesiæ præstetim insignis cathedralis ac in illis divinis laudibus dedita & aliæ res suppediti personæ super illarum bonis aliquæ rebus indebet non molestentur. Dudum siquidem à felicis recordationis Eugenio Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris sequentis: Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbati Monasterii S. Iacobi Leodien. & Decano Ecclesiæ Coloniensi, ac Officiali Traiectensis salutem & Apostolicam benedictionem. Rationabilibus supplicium libenter Votis annuimus & favoribus ea prosequimur oportunis, dudu siquidem bona memoria Balthazaris Episcopi Tusculani in sua obedientia de quo partes illæ fuerant tunc Ioannis vigesimi terci nominati litteræ tenoris emanarunt subsequi, Ioannes Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati monasterii S. Iacobi Leodien. & Decano Ecclesiæ Coloniensi, ac Officiali Traiectensi salutem & Apostolicam benedictionem, Militanti Ecclesiæ licet imminuti disponente Domino præsidentes circa curam Ecclesiarum & monasteriorum omni solertia reddamus indefessè solliciti, ut juxta debitum pafforali offici eorum occurramus dispensare & profectibus divina operante Clementia salubriter intendamus, sive dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Leodien, conqueritione percepimus quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Pralati & Clerici ac Ecclesiæ personæ tam religiosæ quam secularis nec non Duces, Marchiones, Nobiles, milites, & laici, communitatum, civitatum, universitatium, opidorum, castrorum, villarum & aliorum locorum ac alias singulares persona Civitatum & Diœcesis ac aliorum partium diversarum occuparunt & occupati fecerunt castra, villas & alia loca, terras, domos possessiones, iura & jurisdictiones, nec non fructus, redditus, census & proventus dictæ Ecclesiæ & nonnulla alia bona mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia ad mensam Capitularem dictæ Ecclesiæ spectant, & ea detinent indebet occupata, seu ea derinenti praestent auxilium, consilium vel favorem, nonnulli etiam Civitatum Diœcesis & partim prædicta qui nomine Dominum in vanum recipere non formidant, eisdem Capitulo super prædictis terris, villis, locis, aliisque certis dominibus, possessionibus, iuribus, jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus & proventibus eorundem & quibuscumque alius bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus & aliis rebus ad eodem Capitulo

sam pertinentibus multiplices molestias , injurias inferunt & ja<sup>c</sup>turas . Quare dicta Capitula nobis supplicarunt humiliter , & cum eisdem reddatur valde difficile pro singulis querelis ad Apostolicam sedem habere recursum , providedi ipsi super hoc paterna diligentia curaremus . Nos igitur adversus occupatores , detentores , præsumptores molestiarum hujusmodi volentes Capitulo & Canonice subvenire , per quod iporum compescatur temeritas , & alii aditus committendi non possint precludatur , discretioni velut per Apostolica scripta mandamus , quatenus vos vel duo , aut unus vestrum per vos vel alios seu alios etiam sint extra loca in quibus depurari estis Conservatores & judicibus præfatis Capitulo efficac . defensio- nem præsidio obstante . non petmitratis idem super his & quibuslibet aliis bonis & ju- cibus ad Capitulum & mensam prædictam spectan . ab eisdem vel quibusvis aliis in- debet molestiis vel aliis , gravamina dama & injurias irrogari facit . dict . Capituli com ab eisdem vel procuratoribus suis vel eorum aliquo fueritis requisiti , de prædi- torum & aliorum locorum jurisdictione . vel bonorum mobilium & immobilium , reddituum quoque & proventuum aliorum quorumque bonorum , nec non qui- buslibet Monasteriis , injurias atque damnis præsentibus in futuris , in illis videbentur , quia judicialem requirunt indaginem summarie & de plano sine strepita & figura ju- dicatorum , præsumptorum , molestatorum & injuriantium hujusmodi , nec non contradictorum quolibet & rebellerum cuiuscumque status , dignitatis , gradus , or- dinis vel conditionis extiterint . quandocumque & quomodocumque expedierit autoritate nostra per censuram Ecclesiasticam compensen , invocato ad hoc si opus fuerit brachii secularis auxilio , non obstan . tam felicis Bonifacii Papæ octavi præde-cessoris nostri in quibus caveretur , ne aliquis extra suam Civitatem & Diœcensem nisi in certis exceptis casibus , & in illos ultra unam dietam à fine sive Diœcesis ad judi- cium evocetur se ne , judices & conservatores à Sede depurati prædicta extra Ci- vitatem & diœcensem in quibus depurati fuerunt contra quoscumque procedere , seu alii vel alii vices suas committere , aut aliquas ultra unam dietam à fine Diœcesis trahere præsumant , dummodo ultra duas dietas aliquis autoritate præ- fenti non trahatur , sed quod alii quam manifestis inutiis & violentiis & alii que- judicialem requirunt indaginem , penas in eos , si secus egerint & in id procurantes , adjectis conservat . se nullatenus introrim tant , quam alii quibuscumque constitutio- nibus prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de judicibus delegatis & conservatoribus , quam personis ultra certum numerum ad judicium non evo- can . aut alii editiis quia vestre possent in hac parte jurisdictioni aut potestati , ejusque à libero exercitio quomodolibet obtinere , seu aliquibus communiter vel divisi- à prædicta Sede sit indulatum , quod excommunicari aut suspendi , aut interdicci ses-

C o

ex-

extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possunt per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi & eorum personis locis & ordinibus & nominibus propriis mention. & qualibet & alia dicta Sedis indulgentiae generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam vestrae jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodo libet impediti, & de qua cuiusque toto tenuere de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Ceterum volumus & Apostolica auhoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequatur articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonicoprepeditus, quodque a data praesertim si verbis & unicuique vestrum in premissis omnibus & singulis ceptis & non ceptis praesentibus & futuri pe petua potestas & jurisdictione attributa, ut eo vigore, ea firmatae possit in omnibus & singulis ceptis & non ceptis praesentibus & futuris praedictis proucedat, ac si praedictis coram vobis cepta fuisset, & jurisdictione vestra in cuiuslibet vestrum in praesentis omnibus & singulis per citations vel perpetuo & legitime existisset, constitutione praedicta super conservatorem & alia qualibet in contrarium dita non obstan. Romae apud S. Petrum quarto decimo Kalendas Junii Pontificis anno tertio.

Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Capituli praedicti petitio continebat, ipsi dubitent, quod earundem vigore litterarum habentium processus occupatoribus, detentoribus, presumptoribus, molestatoribus, injurioribus, contradictoribus rebellibus praefatis, vel aliquibus eorum vel alii, quos concernunt aut nequeant publicari, nosigitur corundein Capituli in hac parte supplicationibus inclinati, vobis culibet vestrum & eorum quibus vestras desuper vices considereris, quoties per summariam informationem super his per vos capienda vobis confitebitur, quod occupatorum, detentorum, presumptorum, molestorum, injuriorum, contradictorum, rebellium & aliorum quos processus concernere hujusmodi monition, obstatuerint & citation, ac ipsi commode haberi non possent processus praedictus ac monition, & citation, quaslibet per edita publica loca affigen, vel citation, nostram taxerint vicinis de quibus conjectura sit verisimilis, quo ad notitiam occupatorum, detentorum, presumptorum, molestorum, injuriorum, contradictorum, & rebellium & aliorum quos conigerit monitorum citatorum hujusmodi pervenire valeant faciem plenam auctoritate Apostolica cedimus tenore praesentium facultatem & volumus quod processus monition, & condition, hujusmodi perinde arcte & iplos monitos & citatos, ac si eis personaliter intimatae & insinuatae legitime fuissent, non obstantibus constitutionibus Apostolicis ac omnibus illis que dictus Episcopus tunc Joannes Vigesimus terius prae nominatus in praefatis litteris non obstat voluit, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum

tum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominice Millesimo quadragesimo sexto, decimo Calendas Septembris, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Com autem sic ut exhibita nobis nuper pro parte dictorum filiorum Capituli Ecclesiæ Leodiensi, petitio continebat, à nonnullis revocetur in dubium, an litteræ predictæ ad Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Leodiensem ac Præcipi-  
cōscopi & alii Prælati inferioribus eisdem Capitulo & suppositis, molestias injuriæ atque damna in bonis mobilibus & immobilibus, & singulares personas Capiti-  
tum, perlonatum administratione & officiorum quæ in dicta Ecclesia obtinent  
quomodolibet & quomodo cumque jure vel titulo perirent, ac si ipsi Præpositi, De-  
cani Archidiaconorum singularium personarum Capituli & suppositorum prædi-  
ctorum ratione Canoniciatum, perlonatum & præbendarum, dignitatum, per-  
sonatum administratione prædictorum & aliorum beneficiorum Ecclesiastico-  
rum coram vobis dictarum literarum vigore in causam trahi possint & ad judicium  
evocari contra eosdem molestatores & debitores, etiam si illi rectores, Doctores  
Magistri & Scholarès universitatè, oppidi Lovaniens. Leodiensi, Diœcesis aut earum  
aliquis exigit, juxta eorundem literarum continentiam procedere & justitiam ini-  
nitare valeatis, pro parte Capituli hujusmodi nobis fuit humiliter supplicatum,  
quatenus in præmisso oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.  
Nos igitur prædictæ ambiguitatis dubium subverttere volentes, ipsasque litteras cum  
omnibus singulis in eis contentis clausulis ad modernum & pro tempore existentem  
Episcopum Leodiensem, Præpositum, Decanum Archidiaconos & suppositos di-  
cta Ecclesia extendere & hujusmodi supplicationi inclinati, discretioni vestra per A-  
postolica scripta mandamus, quatenus contra Archiepiscopos & alios in dictis litteris  
expressos, nec non Doctores, Rectores, Magistros & Scholarès universitatè  
hujusmodi inferentes Capitulo & suppositis, hujusmodi injurias molestias at-  
que damna in bonis mobilibus & immobilibus spiritualibus & temporali-  
bus etiam patrimonialibus ad Capitulum ejusve singulares personas, nec non suppo-  
sitos hujusmodi tam ratione luorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiastico-  
rum, quam personarum suarum & alias qualicumque & quavis occasione seu  
causa spectant, & pertinent, nec non contra quoscumque Capituli, Præpositi,  
Decani, Archidiaconorum ac per suarum & suppositorum etiam alter quam be-  
neficiorum Ecclesiasticorum ratione debitorum, nec non vestram jurisdictionem  
directè velindirectè, publicè vel occultè impeditiū, aut alias juxta lit-  
terarum

OO 2

terarum temorem atque formam procedatis & justitiam faciat in omnibus & per omnia, perinde ac si in iisdem litteris de Episcopo, Praeposito, Decano, Archidiaco nis & suffpositis in bonis & debitoribus praefatis plena & expressa mentio facta fuisset non obstante, præmissis & quibusdam aliis clausulis per felicis recordationis lumen secundum etiam prædecessorem nostrum Rectori, Doctori & magistratibus videlicet nona Maii Pontificatus sui anno quinto concessis, attente incipien. quibus & sacerdotalibus praefatis etiam ad clara memoriae Caroli Ducis Burgundie sub dato illorum tenor ac si de verbo ad verbum inferetur præsentibus pro expressis habentibus, illis aliis pro suo robore permanens quo ad præsentem duntaxat specialiter expresse auctoritate Apostolica & certa nostra scientia derogamus, nec non omnibus & singulis qua dictus Eugenius in præfatis litteris voluit non obstat, eaven que contraria non obstantibus quibuscumque præsentibus perpetuis temporibus tam quo ad omnia præmissa durat, darum Romæ apud sanctum Petrum anno in carnationis Dominicæ millelimum quadragecentesimo septuagesimo nono, nomi- narii, Pontificatus nostri anno nono.

Sed quid si de injuria aut oppressione quæstio vertatur, & tunc existimat eum qui ita opprimat, posse conservatoris sui patrocinium implorare, etiam si injuriatus opprimens proprium habeat conservatorem.

Tum quia hic casus inter eos referatur, in quibus actor forum rei sequi non tenetur, DD. cap. cum sit generale cap. sed ex suscep. de foro compet. Socin. in fallentis Reg. 10. fall. 1.

5. Tum quia in hoc casu oppressus seu injutius privilegium habet speciale aque individuum implorandi officium sui conservatoris adversus injuriatorem, quod alterius privilegio generali preferitur, l. fin. ff. ex quibus causis maiores, Barb. d. auct. quas actiones n. 3. cap. generi de Reg. jar. in 6. aliud porro est in exactione debiti civili, quia per retentionem debiti injuria proprie inferri non censetur, ut plenius comprobatur alio in loco, d. lib. 1. quest. 39. nro. 31. Et hec quoq. 4. Quia omnia ex tutina & libramine privilegiorum dependent, cap. porro de privilegiis cap. recepimus. cod. iii.



Quæ.